

A.198* XXXVIII. *Quod patroni astringantur sacramento non ponendi aliquid super cruces quod possit facere in pedimentum ad mensuracionem nauium et aliorum || et lignorum (1).*

Item astringatur patronus (2) sacramento quod non ponet nec poni faciet, nec (3) eciam poni permittet (4), aliquid super cruces (5) quod possit facere aliquod impedimentum ad rectam mensuracionem nauis illius faciendam (6), sub pena dupli de omni eo quod posuerit. Et si illius patroni uel illorum patronorum nauis non fuerit, sed illis uel (7) illi fuerit commissa (8), et ipse uel (9) ipsi penam predictam (10) soluere non poterit uel poterint (11), patronus uel patroni cuius uel (12) quorum fuerit ipsa nauis (13), nostro comuni penam predictam debeat uel debeat emendare. Hoc intelligimus in naue et banzono et buzonaue uel (14) alio ligno de ducentis milliariis (15) et inde supra.

Var. in Q: (1) XLIX. *De aliquo non ponendo super crucem.* — (2) patroni astringantur — (3) ponent neque poni facient neque — (4) permittent — (5) crucem — (6) f. i. n. — (7) i. u. *omesso.* — (8) commissa — (9) aut — (10) predictam penam — (11) u. p. *omesso.* —

Q. 91 (12) aut — (13) nauis fuerit — (14) naue et — (15) milliliariis CC.

XXXVIII. *Quando patroni accipere debent sacramentum marinariis (1).*

A. 199 Imponimus cum patroni alicuius nauis || et banzoni et buzinauis (2) uel alterius ligni de ducentis milliariis (3) et inde supra, marinarios pro sua naue uel ligno acceperint, et concordes cum aliquo illorum fuerint tale ab eo accipient sacramentum (4):

St. Tarr. 24.

Var. in Q: (1) L. *De tollendo sacramento a marinarijs nauium.* — (2) et b. et b. *omesso.* — (3) mill. CC — (4) pro s. n. aut ligno acceperit marinarios, et cum a. i. f. c., talle accipiat ab ipso. *Indi segue:* « Hec est forma sacramenti quod facere debent marinarij ».